

**Carta de S. M. al Sacro Colegio en contestación á la notificación
del fallecimiento del Papa León XII.**

FERDINANDUS. SEPTIMUS

DEI GRATIA ET CONSTITUTIONE MONARCHIÆ, HISPANIARUM REX.

Reverendissimi in Christo Patres, Amici Charissimi: Quantum Nobis mœroris attulent Paternitatum Vestrarum Reverendissimarum litteræ de Sanctissimi Patris Nostri Leonis XII. Papæ obitu, multo sane luculentius ex Nostro in eundem Pontificem dum vixit, amore, quam ex verbis pateat. Talis dumtaxat jacturæ, Rei Christianæ Publicæ omnino luctuosæ, Nobis præcipuam, eamque acerbissimam partem contigisse fatemur, qui et Summi Præsulis Dotes eximia semper veratione suspiciebamus, et mitem animum, probitatem, amitiam singulariter sumus experti. Ex Supremi vero Numinis providentia, exvestra deinde. Reverendissimi Patres, æquitate simul atque consilio, solatum petimus; ea penitus fiducia nixi, fore, ut in nuper extinetti Pontificis locum alter modo cooptetur, qui dum Ecclesiæ Universae commodis diligenter consulat, Catholicorum etiam Principum ac Populorum, sive reverentiam sive existimationem sapienter sibi primum quærere, longum deinceps conservare, pius, prudens, fortunatusque valeat. Cæterum Deus Optimus Maximus Paternitates Vestras Reverendissimas servet incolumes. Dabantur apud Pardum die octava Martii, anno millesimo octingentesimo, vigesimo nono.

(Firmado.) FERDINANDUS.